

GENES.
n angeli dicitur
q. circumcisum
e est; licet fideles
ahami & Iacob
ferit. Qua frumentis
si de Ammonites
circumcisus et fam
d'confundit.

MOCTAVI
s, Partitio.
duum dicitur
Sodomam: latens
emelatius
7, quoniam
cap.17. si
Cedrus Indica
scule macta: & dico
reverente macta
tia cum summa pietate
neque macta ut nupti
eruct.

rsque al 10/15.
al 10/15.
al 10/15.

CAPITIS.
brahami

in Manu: & q. i
Lant etiam etiam
& marianus factio
tua, per quae traxi in
ex pede regio t. manu
efrum. p. p. p. p. p. p.
m, & dicit. p. p. p. p. p. p.

1149

C A P V T X V I I I .

1150

8 Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum, quem mactauerat, & posuit coram eis: ipse vero stabat coram eis sub arbore: & comederunt.

E X P L A N A T I O .

1. APPARVIT AVTEM EI IEHOVAH. Capiti titulus præfigitur quasi argumentum de noua apparitione Iehouæ. Neque enim eadem est cum priore: Postea apparitionis modus & finis describitur ex re gesta. Apparuit illi Iehoua: mox: tres viri. Ergo aut tres viri fuerunt, aut unus eorum fuit Iehoua, de quo mox plura. Locus apparitionis notatur, IN QVERCVBVS MAMRE, hoc est, in Hebron, ubi domicilium habebat Abraham, ex quo secesserat à Lothro, cap. 13. vers. 18. Occasio apparitionis fuit Abrahami humanitas: quia captabat occasiones beneficiendi peregrinis transeuntibus. Charitas enim non negligere, sed querere solet occasionses beneficiendi proximo. Sequitur graphica pictura hospitalitatis, qua nihil potest cogitari pulchrius, quamque imitandam nobis proponit Apostolus Hebr. cap. 13. Ac primo, erga quos: deinde, quomodo eam exercuerit, narratur.

TRES VIRI STABANT ANTE EVM. Qui isti fuerint, explicat Apostolus Heb. 13. vers. 2. ubi ad istam Abrahami & sequentem Lothi historiam alludens dicit: Hospitalitatis nescitis innumeriores: per hanc enim quidam inscij excepérunt angelos hospitio, quos homines esse putauerant. Tres ergo isti forma virorum apparentes angeli fuerunt humanis corporibus vestiti. Verisne an tantum apparentibus queritur: Imo veris. Neque enim Deus suos deludere voluit spectris: & vere videbantur, ambulabant, loquebantur, comedebant. Quidni enim Deus legatis suis potuerit corpora vera creare, quæ ad tempus gestarent, peracta legatione iterum exuerent? Athanasius, Ambrosius, Epiphanius, & pleriq; Patres hanc apparitionem ad probandum Trinita-

tis mysterium traxerunt: quia hi tres vocantur Iehoua, versicul. 1. & quia tres ut unum alloquitur Abraham, versic. 3. & quia in discessu rursus vocantur Iehoua, vers. 16. & 17. Aben-Ezra & Hebræi alij Christianos rident, quod ex angelis faciant Deum: cum mox sequatur cap. 19. duos à tertio abiisse ad Lothum. Ipsi interim statuunt, fuisse tres angelos, tribus negotiis expediendis simul missos: unū Michælem ad nuntiandum Saræ partum futurum: Alterum Raphaëlem, ad fanandum Abramam à circumcisionis vulnere, & ad Lothum seruandum: Tertium Gabrielem, ad euertendam Sodomam. Sed vnde ipsi commentum suum probabunt, cum duos pariter Lothum eduxisse, Sodomam vero non ab angelo, sed à Iehoua cœlitus fulmine sulphureo euersam esse historia doceat.

Trinitatis mysterium hinc confirmare nec est necesse, quia solidiora habemus, nec solidum, quia angeli diserte appellantur Hebr. 13. & duo à tertio recessisse mox dicentur. Cauendum autem, ne cœcis Iudeis fidem Christianam irridendi occasionem præbeamus, opponendo eis argumenta parum cogentia, ne propter talia putet nos credere, vt recte monuit alicubi Thomas. Hoc vero ut apertum & solidum Iudeis opponi debet, duos fuisse angelos, unum Iehouam filium Dei caput angelorum: quoniam & Iehoua appellatur versic. 1. 13. 17. 20. 22. & mundi iudex ab Abraham salutatur, v. 15. Scimus autem, quod Pater Filium mundi iudicem constituerit, Iohan. 5. Act. 17. Abrahā igitur inscius conuiuio excipit Filium Dei angelis duobus stipatū sub forma virorū. Id quidē primo ignorauit: mox vero ex sermonibus Iehouam esse agnouit, agnatum ab angelis discreuit. Ita vere vidit diem Christi, at-

Ffff 2 que